

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

IX.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

## IX.


**N**on me memoriâ tuâ, Reverende & Clarissime D. D. Præceptor omni obser-  
vantia colende, ideò excidisse putabo, quod Reverendæ tuae Dignitati, literis  
crebris mihi obstrepenti, responsi haec tenus fortè datuna fuit nihil; quam enim mul-  
tis & variis negotiis illa nnnquam non urgeatur, adeò mihi constat, ut omnibus va-  
care semper labores quotidiani non patientur, quapropter facile acquiesco, spe-  
rans fore, ut, si pro oblata occasione, tribus vel quatuor literis Rever. tham salutando,  
ad grati discipuli exemplum, meam observantiam illi declarem, Rev. tua hoc  
animi mei argumentum promptâ sit acceptatura fronte. Meus quis sit status Rev.  
tua rogit, exigius certè, adhuc enim extra ministerium, sic me regente Domino,  
vivo, tu, Reverende vir, si tuo me consilio, auxilio, & promotione juvare potes, ut  
certe potes, mei quæso non esto immemor: vide quâm egregiè, hoc in te benevolè  
fuscepto, operam tuam mihi navare possis; DEO ministerium meum consecrare,  
discipulo tuo in re familiarí succurreres, & denique ut me, sic & meos omnes, usque  
dum viveremus, tibi, Præceptor, obstringeres: Fxit DEUS, ut omnia benè fiant, &c.  
Rev. D. D. Menzerus contra Pistorium hunc est in castris, nervum militiae mon-  
strant hæ nundinæ. Studioſi nostri Marpurgenses qui abituriunt, omnes fere Ar-  
gentinam contendunt, dici autem non potest, quam Schola vestra apud nos sit in  
existimatione, cui precor incrementa à Domino. Nova cum nobis inaudiantur  
nulla, nunc taceo, & scriptum finio, Reverendam tuam Dignitatem DEI Optimi  
Maximi tutelæ cum totâ familiâ commendans.

Dabatur Marpurgi Cattorum, Anno 1602. 23. Martii.

R. Tue

obſ.

Georgius Herdenins, D.



## X.

*Sal. in Servatore Christo, Reverende & clariss. D. Do-*  
*cotor, compater frater & collega honorande.*

**L**iber refellens articulos aliquot falsò impositos, qui in vulgatis editionibus Au-  
gustino ascribitur, tom. VII. col. 1552. propriè non ipsius Augustini est, sed disci-  
puli ejus, Proſperi Aquitanici, episcopi Rhegiensis, ad capitula objectionum Vincen-  
tianarum.. Qui quidem Proſper, eodem planè arguento etiam scripsit Responsi-  
quæc.